

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6373

**Auteur(s)** : Guillaume le Clerc, « civis » de Rouen [autre]

**Bénéficiaire(s)** : Rouen, Saint-Lô (prieuré)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1212

**Lieu d'émission** : Rouen

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Donation au chapitre de Saint-Lô par Guillaume Le Clerc de trois pièces de terre au Mesnil Enard.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XXXXII, p. 355-356.

Texte établi d'après a

Sciant omnes quod ego Willelmus clericus civis Rothom. et Aeliz uxor mea concessimus et tradidimus priori et canonicis ecclesie S. Laudi de Rothom. omne tenementum nostrum de Maisnil Enardi cum suis pertinentiis scilicet unam peciam terre apud Witefeucht et duas piecias terre que fuerunt Aceline uxoris Willelmi clerici quarum una sita est ad puteum Warini inter terram Ger. de Hamel et terram Roberti de Valle in qua continentur VII virge et adiacent usque ad cheminum petrosam et tres virge alterius piecie site sunt versus hamellum in capite Maisnilli Enardi iuxta terram que fuit Tostani le Boglier et adiacent usque ad fossatum Rogeri de Orguiel et omnem masuram que fuit Tostani le Boglier sitam ante atrium ecclesie cum domibus et gardinis et omnibus suis pertinentiis. Tenendum totum hoc tenementum prefatum prefato priori et canonicis cum omni iure et dominio quod in eo habebamus de nobis et heredibus nostris libere et quiete et hereditarie reddendo inde nobis et heredibus nostris annuatim quinque solidos et sex denarios usualis monete in festo Sancti Michaelis et duos capones in natali Domini. Licet autem eisdem priori et canonicis de hoc tenemento facere omnem voluntatem suam sicut de suo proprio salvo prefato redditu et iure dominico. Et nos et heredes nostri eis illum debemus garantizare contra omnes gentes et de omnibus redditibus et rebus aliis adquietare per prefatum redditum. Pro huius autem hereditagii concessione dederunt nobis prefati canonici viginti libras turones de recognitione. Ut autem hoc firmiter teneatur ego Willelmus prefatus sigillo meo confirmavi. Actum fuit hoc coram Johanne Luca tunc majore Rothom. et sigillo communie Roth. confirmatum. Anno gratie M°. CC°. duodecimo testibus Radulpho Grognet. Osm. Perier. Waltero d'Orguiel. Radulpho Judeo. Enardo de ripa. Roberto de Castello. Sawale lavenier. hugone Grognet et aliis.